

SCRIPTA

Numéro Scripta : 53

Autre(s) référence(s) : Tabuteau 80

Auteur(s) : Richard de Pormort [particulier]

Bénéficiaire(s) : Rouen, Sainte-Catherine ou La Trinité-du-Mont (abbaye)

Genre d'acte : notice

Authenticité : non suspect

Datation : [1078, 25 janvier-1120]

Action juridique : donation

Langue du texte : latin

Analyse

Quand il a pris l'habit monastique à La Trinité-du-Mont, Richard de Pormort a cédé avec sa femme à l'abbé Gautier et aux moines toutes les coutumes qu'il avait sur les biens de l'abbaye à Bisi avec d'autres terres sises à Bisi et à « Roillie » et la moitié de tous ses biens sis à Bisi.

Tableau de la tradition

Éditions principales

a. Deville Achille, *Cartulaire de la Sainte-Trinité-du-Mont de Rouen*, Paris, Crapelet (Collection de documents inédits sur l'histoire de France ; 1ère série), 1840, n° LXVIII, p. 456.

b. Delisle Léopold, Passy Louis, *Mémoires et notes de M. Auguste Le Prévost pour servir à l'histoire du département de l'Eure*, Évreux, Hérissey, 1862-1869, 3 vol., t. 2, p. 608-609 (extrait).

Dissertation critique

Datation proposée d'après l'abbatiait de Gautier Ier (1078, après le 25 janv.-1120).

Texte établi d'après a

Notum sit omnibus, quod, ipso die quo Ricardus de Porco Mortuo effectus est monachus in monte Sanctæ Trinitatis, videlicet dominica tertia adventus Domini, ipse et uxor ejus Adeliz concessit abbatii Walterio et monachis ejus, videlicet omnes illas consuetudines, quas de rebus Sanctæ Trinitatis apud Bysei habebat ; concessit quoque illas quietas, quas sibi terra Turoldi, patris Ysemberti monachi, reddebat. Dedit etiam in perpetuum finem in Roeillie X acras terræ et I domum cum horto qui fuit Rogerii Tused. Concessit præterea omnium rerum suarum, quæ sunt apud Byseyum, nobis medietatem, tamdiu videlicet quoisque peccunia nostra, de qua omnes illæ res debent disvadiari, ab uxore ejus et filio nobis reddatur. Aliam autem medietatem uxor ejus et filius interim habebunt ; peccunia vero soluta, res suas quietas possidebunt, et nos omnium rerum illarum decimam habebimus. Ista autem conventio hoc modo et ea ratione facta est, quod uxor ejus et homines agere debent erga filium, ut videlicet, cum venerit, hoc idem quod factum est et velit et faciat esse ratum, et adhuc etiam istud, quia, si mortuus fuerit sine herede de legitima muliere, mortua matre, hoc totum perpetim possidendum Sanctæ Trinitati concedet. Habere præterea debemus partem ipsius Ricardi, videlicet terciam portionem ejus annonæ et vini, ad ultimum si ipsa Adeliz, uxor Ricardi, apud nos in Monte voluerit tumulari, quia paccione firmatum est suspicere eam debemus.

Testes, ex parte Ricardi : OSMUNDUS de Insula, BENELINUS de Civeres, ADELIZ, uxor ipsius Ricardi ; ROTBERTUS de Porco Mortuo ; WILLELMUS de Falesya. Ex nostra parte : RADULFUS ; CLAREMBALDUS,

frater ejus ; ROTBERTUS, filius ejus ; FULCERUS del Falc ; HERBERTUS, filius ejus ; ANSFREDUS de Blovilla ; ERNULFUS de Sancto Jacobo ; ROBERTUS GISLOUTH ; OLIVIER ; RADULFUS HATEREL ; MALGERIUS de Culvertvilla ; LAMBERTUS ; RAINOLDUS, præpositus ; GEROLDUS de Elemosina.